



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

40. Tria potissimum Ecclesia postulata a Deo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

Ista Fides, unâ, longis erroribus actos,  
Ad Triadem ducit, cœu Ariadna, fide.

## SYMBOLUM 40.

Tria potissimum Ecclesia postulat a Deo.

*Sancta Desideria, Recta consilia, Iusta Opera.*

**E**st Sanctum Desiderium, quod in arbore radix,  
ETriadi Gremio cuius origo fluit.

Est Triadi munus Recta inspirare salutis

Consilia, hinc mentes, quo moveantur, habent.

[a] Unde fluunt, illuc rapiuntur flumina: Justi

Principium est Operis, terminus estque Trias.

[a] *Ecclesiast. 1. capite.*

## SYMBOLUM 41.

Pro Tribus potissimum oratur.

*Exaltatione S. Ecclesiae, Unione Principum, Extirpatione  
haeresum.*

**P**astor oves in pascua avens perducere cœli,

In terris unum fiat Ovile cupit.

Postulat unitos concordi fœdere Reges,

A grege raptores optat abesse lupos.

Pace datâ rex Christi affürget, ut Una

Culta foret cœlo, culta Triasquè solo.

## SYMBOLUM 42.

*Tres status in Ecclesia: Laicorum, Ecclesiasticorum, Religiosorum.  
Totidem continentiae Conjugum, Widuarum, virginum.*

**I**n cœlis Triadi Triplex Hierarchia laudes

Concinit, in terris accinit Ordo triplex.

Con-